

14 gennaio 1191

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.148. Diplomatico generale n.851.
1191 gennaio 14, Indizione 9. CORTA.

Edizioni:

A.D'AMIA, *Diritto e sentenze di Pisa ai primordi del rinascimento giuridico*, Milano 1962, pp.269-270.

Regesto:

Sentenza dei pubblici giudici degli appelli con la quale si dichiara che la sentenza pronunciata da Bernardo, Enrico e Bonaccorso pubblici giudici dei foretani, nella causa vertente fra lo spedale di Stagno e Gisla vedova di Guido da Fasiano, a cagione di tre parti di diversi pezzi di terra e dei frutti relativi, è ingiusta in quanto all'usufrutto concesso soltanto nella terza parte all'ospedale, nel resto è giusta.

Data nella curia pubblica degli appelli.
Rogò Stefano, notaio dell'imperatore.

Originale:

In eterni dei nomine amen. Nos Lanfrancus quondam Ugonis de Foriporta et Salemme atque Petrus Alcherii, publici appellationum congnitores et iudices, causam appellationis que vertebatur inter Gratianum sindicum hospitalis de Stangno, pro ipso hospitali, et Gislam relictam Guidonis de Fasiano sic diffinimus.

Siquidem cum congnovissemus ex opinionis exempli Bernardi et Henrigi atque Bonacorsi, publicorum foretanorum iudicium, suprascriptum sindicum pro dicto hospitali egisse contra Gislam de tribus partibus pro indiviso omnium terrarum, que continentur in laudamento dato a Bulgarino et Petro atque Pagano Griffi, antecessoribus eorum, inter suprascriptum sindicum et Uguacionem de Fasiano, tenentibus capita et latera sicut ipso laudamento continetur et ut de cetero ipsas terras ei quiete habere et tenere et possidere et fructus ipsarum terrarum recolligere et habere et de fructibus inde perceptis vel pro eorum estimatione de libris centum denariorum actione in factum redditum loco interdicti uti possidetis et ex sacramento consulim et de rebus et libertatibus et officio iudicis et in rem actione et ex constituto de ultimis voluntatibus et petitione hereditatis utili et directa et negatoria, quia non est ei ius utendi, fruendi, et est michi et suprascripto hospitali ius utendi et fruendi.

Gisla, salvo quodes se peticioni nisi in his que possidet, respondit quod non credit se teneri aliquam suprascriptarum actionum, tuta multis exceptionibus et defensionibus.

Gratianus vero de ea que indendebat probanda confessiones suprascripte Gisle in medio inducebat, confitentis quod in preterito mense madii fuerunt tres anni quod Guidone eius vir fuit mortuus et quod in proximo mense septembbris fuerunt tres anni quod filius eius fuit mortuus et quod, mortuo filio, sequenti anno habuit unam recollectam.

Cumque suprascriptus Gratianus sindicus hospitalis de Stangno pro ipso hospitali a suprascriptis iudicibus contraria reportasset sententiam in usufructu tertie partis de tribus petitis partibus et in eo quod sententiatum fuit ut ipsa deberet habere necessaria cum duabus suis servientibus, de aliis duabus partibus ante nostram veniens presentiam octavo Kalendas iulii dixit sententiam ab Henrigo filio Guidonis de Perlascio et sociis publicis foretanorum iudicibus contra se pro hospitali in eo quod contra se est et pro Gisla relecta Guidonis iniustum.

Sexto Idus iulii Gisla, salvo si appellavit et appellare potuit et si potest et salvis omnibus sollepnitatibus, respondit iustum.

Gratiarius sindicus prefati hospitalis, pro ipso hospitali, ad probandum de iniquitate sententie testamentum Guidonis factum per manum Ade iudicis et notarii ostendebat, in quo contineri dicebat Guidonem fecisse testamentum filio, si infra pubertatem decederet substituendo Stangnum, quod ex verbis testamenti colligi potest.

Gisla e contra Guidonem non fecisse testamentum filio ideoque cum intestatum decessisse, quod ex verbis ipsius testamenti perpenditur cum dixerit “iudico et lego”, que verba non instituentis set legantis sunt. Quare se debere habere usumfructum intestati filii, secundum Pisane constitutionis tenorem allegabat.

Unde nos appellationum congnitores et iudices secundum ea que coram nobis proposita sunt suprascriptorum iudicium sententiam in eo quod contra Gratianum sindicum hospitalis pro ipso hospitali de usufructu est iniustum, in reliquis vero iustum pronuntiamus.

Data et recitata in curia publica appellationum, presentibus Nigello et Ildebrando de Mercato et Stranbo et Rainaldo, advocatis, et aliis, dominice incarnationis anno millesimo centesimo nonagesimo primo, inductione nona, nonodecimo Kalendas februarii.

(S) Ego Stefanus, domini imperatoris Frederigi iudex et notarius et tunc suprascriptorum iudicium scriba publicus, hanc sententiam eorumdem mandato scripsi atque firmavi.

27 ottobre 1191

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.157. Diplomatico generale n.882.
1192 ottobre 27, indizione 10. Corta.

Note:

La pergamena presenta un grosso foro nella parte iniziale, alcune lacerazioni ai margini e alcune macchie di umidità. Inchiostro unico. Sul verso di mano coeva: «*Cartula pignoris hospitalis sancti Leonardi de Stagno quod fecit Provinciale quondam Segualduccii 1192*»; di mano del secolo XVIII: «*S. Lorenzo alle Rivolte 27 ottobre 1192*».

Regesto:

Provinciale, figlio del fu Segualduccio, e Matalona sua moglie, figlia di Enrico, vendono all'ospedale di san Leonardo di Stagno 6 panori di terra nella villa di Santo Stefano di Macerata per il prezzo di 5 stai e mezzo di grano. Si dichiara che detta terra non è obbligata né alienata ad alcuno se non a Bianco di Pisa per 5 soldi.

Fatto a Macerata.

Rogò Uguccione da Casciavola.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo nonagesimo secundo, indictione decima, sexto Kalendas novembris.

Manifesti sumus nos Provinciale filius quondam Segualduccii et Matalona eius iugalis filia Henrici, quia communiter et michi dicto viro meo consentiente, ubi interesse videtur notitia Uguacionis iudicis a quo secundum legem interrogata et cognita sum nullam me pati violentiam, set pura et integra mea bona voluntate secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Ugoni hospitario hospitii beati sancti Leonardi de Stagno, recipienti et ementi nomine pro [Guerr]iscio domino iamscripti hospitalis, ad opus et utilitatem ipsius hospitalis, [sex pa]nora de terra de sedio nostro in quo habitamus, positum in vill[a Sancti S]tefani de Macerata, que tenet unum caput in strada publica, a[liud] caput in terra Iohannis quondam Strambi, unum latus tenet in terra predicti hospitalis et aliud latus in terra nostra que nobis reservamus.

Predicte sex panora de terra, qualiter ab omni parte circumdata est per designata loca, in integrum cum inferioribus et superioribus seu cum finibus et ingressibus suis et cum omni iure et proprietate et actione et pertinentia sua, tibi pro iamscripto hospitale vendimus et tradimus.

Insuper omnia iura et actiones, que nobis inde competunt, tibi Ugoni, ut dictum est, damus, cedimus et concedimus atque mandamus ut his tuo nomine agas et experiaris.

Pro pretio staria quinque et dimidium de bono grano ad iustum starium Pisanum et si plus vel minus invenitur, quod in rei veritate confitemur nos debere dare iamscripto hospitale tali pacto quod qualicumque die ab hodie usque ad proximum festum sancti Michaelis de septembre nos qui super iugales vel nostri heredes persolverimus tibi aut predicto domino Guerriscio aut eius certo misso iamscripte quinque staria et dimidium de grano et si plus vel minus inventum fuerit iamscripta cartula sit inanis et vacua et si non inde in antea sit pura vendictione sine tenore.

Quam nostram vendictionem et traditionem, si nos predicti iugales vel nostri heredes sive cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere vel minuere aut impedire vel imbrigare seu molestare vel subtrahere quesierimus per aliquod ingenium tibi qui super Ugolino, pro iamscripto domino Guerriscio, vel eius successoribus aut cui vos eam dederitis vel habere decreveritis, et si nos exinde auctores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos nostrosque heredes per solempnem stipulationem tibi Ugoni, pro predicto Guerriscio rectori iamscripti hospitali eiusque rectoribus, componere iamscriptam nostram vendictionem et traditionem in duplum in ferquido loco, sub estimatione qualis tunc fuerit.

Et in tali hordine hec scribere rogavimus Uguacionem iudicem et notarium domini Frederici imperatoris. Et precipimus tibi ut per iamscripum hospitalem possessionem intres quandocumque vis. Et constituimus nos possidere pro te et iamscripto hospitale quo usque ingrediaris.

Et confiteor me qui super Provinciale hodie iuratum habere ad sancta dei evangelia coram domino Petro camerario de iamscripto hospitale de Stagno quod iamscriptam terram non est obligatam vel alienatam alicui nisi Blanco de Pisis pro solidis V.

Actum Macerate ante serrarium illorum iugalium.

Signa manus iamscriptorum iugalium qui hanc cartulam comuniter fieri rogaverunt.

Signa manus Manfredi quondam Guidonis et Guidonis quondam Orlandini Glandaricci et Lambertucii quondam Bernardini, testium rogatorum.

(S) Ego Uguicio de Casciaula, iudex et notarius domini Frederici imperatoris, post traditam complevi et dedi.

25 novembre 1191

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.158. Diplomatico generale n.883.
1192 novembre 25, indizione 10. Corta.

Note:

La pergamena presenta una rosura a sinistra sul margine superiore e macchie di umidità. Inchiostro unico. Sul verso scritte illegibili di mano coeva; di mano del secolo XVI: «*Donagione di Buonacorso di Ugone Malaparuta allo spidale di Stagno del pasco et herba et bosco di Limone et in la corte di Oliveto per ser Matteo da santo Ysidoro 1192*»; di mano del secolo XVIII: «*25 novembre 1192 S. Lorenzo alle Rivotte*»; «*Anno 1192*».

Regesto:

Bonaccorso, figlio del fu Ugo Malaparuta, dona allo spedale di Stagno il pascolo, la legna, l'acqua, l'erba e il bosco posto nella pievania di Limone e nella corte di Oliveto.

Fatto in Pisa.

Rogò Matteo da Sant'Isidoro.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo nonagesimo secundo, indictione decima, septimo Kalendas decembris.

Ego Bonaccursus quondam Ugonis Malaparute, pro remedio anime mee et parentum meorum, do et concedo atque inrevocabiliter inter vivos dono tibi dono Guerriscio, rectori hospitalis de Stagno, pro ipso hospitali recipienti, pascuum et ligna et aquam et herbam et boscum in pleberio plebis de Limona et in curte Oliveti et in toto pleberio suprascripte plebis, tibi et omnibus hominibus hospitalis et tenitoribus terrarum ipsius hospitalis, cum omni iure et actione et proprietate et pertinentia sua.

Et precipio tibi intrare in possessionem iuris et actionis et servitutis pascus et lignorum et aque et herbe et boschi predictorum locorum habendarum hominibus predicti hospitalis et tenitoribus terrarum predicti hospitalis.

Et constituo me pro vobis et eis precario possidere. Et promitto tibi suprascripto Guerriscio, pro predicto hospitali recipienti, et hominibus predicti hospitalis et tenitoribus terrarum predicti hospitalis servitutem pascui et lignorum et aque et erbe et boschi intra predictas curtes et pleberio et eorum confines non inbrigare neque inquietare aut molestare quin ipsas servitutes in predicto pleberio et curte et districtu habeatis tu et tui successores et homines predicti hospitalis et tenidores terrarum predicti hospitalis in perpetuum, immo ab omni imbrigante persona et loco vos inde defendam et eas servitutes vobis defendam et disbrigabo, et si sic non fecero et non observavero, promitto tibi suprascripto Guerriscio, pro predicto hospitali recipienti, et me meosque heredes obligo penam dupli sub estimatione qualis tunc fuerit.

Et in tali ordine hanc cartulam Matheum iudicem et notarium scribere rogavi.

Actum Pisis in Kinthica, in domo predicti hospitalis, prope ecclesiam sancti Pauli de Ripa Arni, presentibus Arlotto iurisperito quondam Pilosi et Rustichello fornario quondam Benencase et Riccio quondam Albertini et Bonsere quondam Banduccii, ad hec testibus rogatis.

(S) Ego Matheus de sancto Ysidoro de Porta Maris, domini Henrici Romanorum imperatoris iudex ordinarius atque notarius, hanc cartulam rogatu suprascripti Bonacorsi scripsi et firmavi.

10 marzo 1192

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.154. Diplomatico generale n.871.
1192 marzo 10, indizione 10. Corta.

Note:

Pergamena rigata e marginata con modeste macchie di umidità e rosure. Inchiostro unico. Sul verso di mano coeva: «*Cartula sancti Leonardi de Stagno de terra inrevocabiliter donata a suprascripta domina Gasdia relicta Gottifredi Vicecomitis et a Ubalda eius sorore*»; di altra mano di epoca certa: «*Carta di donazione di terra in Uliveto presso*»; di mano del secolo XVI: «*Donazione inter vivos facta da madonna Gasdia Ubalda sorelle allo spedale di san Lunardo di Stagno di beni immobili posti in confine di Uliveto Ranieri di Sasso sotto dì 10 di marzo 1192*»; di mano del XIX secolo: «*10 marzo 1192 S. Lorenzo alle Rivolte*».

Regesto:

Gasdia, vedova di Gottifredo Visconte e figlia del fu Ubaldo, e Ubalda di lei sorella donano allo spedale di Stagno, per rimedio delle loro anime, una parte di un pezzo di terra posto nel territorio di Oliveto presso la chiesa di santa Maria.

Fatto in Orticaria.

Rogo Matteo.

Scrisse Ranieri di Sasso da Ripa d'Arno.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo nonagesimo secundo, indictione decima, sexto Idus marthii.

Manifeste sumus nos Gasdia, relicta Gottifredi Vicecomitis, quondam Ubaldi, et Ubalda eius soror, pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, quia per hanc cartulam offerimus et inrevocabiliter inter vivos donamus tibi Petro Lumbardo, recipienti pro hospitali de Stagno, triginta unum pedem per longitudinem et per amplitudinem pedes decem et septem pro diviso ex parte ***** infra unam petiam terre posite in confinibus Oliveti prope ecclesiam sancte Marie, et tenent caput cum uno latere in viis publicis, aliud caput cum uno latere in terra nostra quam nobis reservamus, cum omni iure et actione et proprietate et pertinentia sua.

Insuper vero damus et cedimus atque mandamus tibi Petro iamscripto, recipienti pro predicto hospitali, omnia iura et actiones que nobis inde aliquo modo vel iure competunt. Et precipimus tibi intrare in possessionem pro predicto hospitali quandocumque vis. Et interim constituimus nos pro predicto hospitali precario possidere.

Quam nostram oblationem et inrevocabiliter inter vivos donationem, si nos vel nostri heredes sive cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere vel minuere sive molestare aut imbrigare quesierimus per aliquod ingenium tibi iamdicho Petro pro predicto hospitali vel ipso hospitali vel cui ipsum hospitale dederit vel habere decreverit, et si nos exinde autrices vel defensatrices dare voluerit et eam ipso hospitali defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos nostrosque heredes, stipulatione a te sollempniter interposita, conponere tibi iamscripto Petro, recipienti pro predicto hospitali, iamscriptam nostram oblationem et inrevocabiliter inter vivos donationem in duplum sub extimatione qualis tunc fuerit in tuam personam conceptam et stipulatam.

Et in tali ordine Matheum iudicem et notarium hanc cartulam scribere rogavimus.

Actum in Orticaria super terram sancti Michaelis de Orticaria, prope ipsam ecclesiam, sub porticu domus in qua inhabitant ipse sorores, presentibus Iordanu quondam Uberti et Ugolino filio Rodulfini et Iohanne quondam Tiethii et Salomone quondam Viviani, qui ad hec interfuerunt rogati testes.

(S) Ego Rainerius filius Sassi de Ripa Arni, domini Henrici serenissimi Romanorum inperatoris notarius, hanc cartulam a iamscripto Matheo iudice et notario rogatam, per eius scedam a me visam et lectam, suo mandato et parabola, scripsi et firmavi, complevi et dedi.

(S) Ego Matheus, domini Henrici Romanorum imperatoris iudex ordinarius atque notarius, hanc cartulam a me rogatam et a iamscripto Rainerio notario meo mandato scriptam subscribendo confirmavi.

17 marzo 1192

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.155. Diplomatico generale n.872.
1192 marzo 17, indizione 10. Lunga.

Regesto:

Lodo pronunciato da Bulgarino Visconte del fu Ugo e da Parlascio del fu Ildebrandino di Sigerio di Albertino, arbitri eletti dallo spedale di Stagno da una parte e da Ghisla vedova di Guido da Fasciano figlia del fu Porcello dall'altra.

Con tal lodo i suddetti arbitri ordinano che Ghisla restitusca allo spedale tutte le terre che ritiene e che furono di proprietà del suddetto Guido da Fasciano, eccettuati tutti i vestiti, ornamenti e guarnimenti, masserizie etc. e non inquieti il detto spedale per i frutti di dette terre o per causa della dote, antefatto, donamenti o del vitto dell'anno luttuoso e che restituiscia allo spedale tutti i documenti che furono di detto Guido e faccia fine, quietanza e mallevadaria di non avere azione alcuna sopra le suddette cose e che il detto spedale debba pagare di qui alla domenica ventura alla detta Ghisla lire 50 di moneta pisana vecchia corrente, altre lire 50 della detta moneta al giovedì santo e per tutto il mese di maggio prossimo venturo altre 103 lire.

Data a Pisa in Foriporta.

Rogò Bandino giudice e notaio.

Originale:

In eterni dei nomine amen. Nos Bulgarinus Vicecomes quondam Ugonis et Perlascius quondam Ildebrandi Sigerii Albertini, arbitri et laudatores electi a domino Guerriscio rectore hospitalis de Stagno et Gratiano sindico eiusdem hospitalis pro ipso hospitali ex una parte et a domina Ghisla relicta Guidonis de Fasciano, filia quondam Porcelli ex altera, ad omnes discordias et lites et controversias quę erant vel esse poterint inter eos in nobis ab eis positas per sententiam vel laudamentum vel conventum ad penam librarum sexcentarum bonorum denariorum Pisanę novę monetę ad invicem inter se per sollemnem stipulationem promissam a nobis diffiniendas et terminandas, sic nostro laudamento eas ad predictam penam decidimus et terminamus.

Siquidem prefata Ghisla agebat contra predictos donnum Guerriscium et Gratianum sindicum suprascripti hospitalis pro ipso hospitali de quattuor petiis terrarum positis in confinibus Fasciani.

Prima petia quarum tenet unum caput in strada, aliud caput in via publica, latus in terra filiorum quondam Ughicionis quondam Bulsi, aliud latus in terra Gerardini quondam Morelli et nepotum; et est ipsa petia terre per mensuram steriora tria et panora sex vel si plus aut minus est.

Secunda petia tenet unum caput in suprascripta via, aliud caput in terra hospitalis sancti Fridiani, latus in terra Riccii quondam Cunithetti, et aliud latus in terra suprascriptorum filiorum quondam Ughicionis; et est hęc petia per mensuram steriora quattuor.

Tertia petia tenet unum caput et latus in terra suprascriptorum filiorum quondam Ughicionis, aliud caput in terra Ghethulini quondam Conetti, et aliud latus in terra iamscripti Gerardini et nepotum; et est per mensuram steriorum unum.

Quarta petia ubi dicitur Vignalia, tenet caput in terra filiorum quondam Martini, aliud in terra quę fuit Henrici quondam Corsi, latus in terra suprascripti hospitalis, et aliud latus in via carraria; et est per mensuram steriorum unum et panora duo, vel si plus aut minus sunt suprascriptę petię, quas dicebat sibi datas fuisse pro antefacto et propter nuptias donatione sua a suprascripto Guidone olim viro suo.

Item agebat contra eosden de duabus petiis de terris quas dicebat de dote sua fuisse comperatis et datis sibi a predicto Guidone olim viro suo pro dote sua. Quę petię terrarum sunt positę in confinibus Fasciani in loco ubi dicitur Marmucciuli. Una quarum tenet caput orientis in terra quę fuit Crivellarii quondam Iacobi et Ugonis de Erro, aliud caput in via carrariccia, latus meridiei in terra Benencasę Riparossi, aliud latus in terra filiorum quondam Macchi. Altera petia iuxta Quartiscianum, tenet unum caput in via carrariccia, aliud caput in terra nepotis quondam Bernardi Rossi et filiorum quondam Teberge et aliquantulum in terra filiorum quondam Raffaldi, latus in

terra quę fuit iamscripti Ughicionis Bulsi usque ecclesiam, ab inde in terra Nigri Iusalei, aliud latus in terra Guidi Aghinelli usque ad turim, ab inde in terra Goffredi quondam Stefani.

De iamscriptis omnibus terris agebat iamscripta domina Ghisla contra iamscriptos donum Guerriscium rectorem predicti hospitalis de Stagno et Gratianum sindicu eiusdem hospitalis, pro ipso hospitali, actione in rem directa et utili et publicaria et ex constituto de antefactis et actione stipulatu dedere et certi condictione generali et triticaria et interdicto uti possidetis et actione in factum loco ipsius interdicti et actione in factu generali.

Item predicta domina Ghisla agebat contra eosdem pro prefato hospitali de libris sexaginta denariorum dotis eiusdem dominę Ghislę et de libris sexaginta denariorum antefacti eiusdem et de libris viginti quinque pro donamentis et de libris viginti pro parafernali et de libris triginta quinque denariorum pro denariis quos acquisivit et expendit pro infirmitate et funere suprascripti Guidonis olim viri sui et filii eiusdem Guidonis et eiusdem Ghislę et pro nutritura eiusdem filii sui et de libris viginti denariorum pro pascimento anni luctuosi certi condictione generali et actione negotiorum gestorum et funeraria et ex constituto.

Item agebat predicta domina Ghisla contra eosdem pro iamscripto hospitali ut sinant eam libere uti et frui bonis et podere quę et quod fuerunt iamscripti Guidonis olim viri sui, quia dicebat se usufructuarium de his omnibus esse.

Et de libris viginti quattuor pro alimentis et vestimentis et habitatione sibi pro preterito tempore et futuro annuatim prestandis et quę prestari debuerint a tempore mortis iamscripti viri sui sibi pro se et duabus suis servientibus a prefato viro suo in testamento relictis actione iureria et ex constituto et triticaria et actione ex testamento et actione in factum ex re iudicata et certi condictione generali et actione in factum generali et ex constituto de ultimis voluntatibus.

Item ipsa domina Ghisla agebat contra eosdem pro iamscripto hospitali de libris quindecim denariorum sibi iudicatis et relictis a suprascripto Guidone olim viro suo certi condictione generali et ex constituto de ultimis voluntatibus et ex testamento.

Item ipsa domina Ghisla agebat contra eosdem pro iamdicto hospitali de omnibus bonis et rebus mobilibus et immobilibus quę fuerunt iamscripti Guidonis olim viri sui, actione in rem et uti possidetis et actione in factum loco interdicti et publicaria et triticaria et petebat ab eis omnia predicta iamscriptis actionis et rationibus.

Prefatus donnus Guerriscius rector iamscripti hospitalis et Gratianus sindicus eiusdem hospitalis, pro ipso hospitali, respondebant quod non credunt se teneri ipsi dominę Ghislę de predictis iamscriptis actionibus vel rationibus.

E converso prefatus donnus Guerriscius rector hospitalis et Gratianus sindicus eiusdem hospitalis pro ipso hospitali, unusquisque eorum in solidum, agebant contra iamscriptam dominam Ghislam de omnibus bonis et rebus mobilibus et immobilibus quę fuerunt iamscripti Guidonis excepta quarta parte terrarum quę per laudamentum obvenerunt Ughicioni de Fasciano quondam Bulsi et nominatim de omnibus petiis terrarum quę continentur in laudamento dato a Bulgarino et Petro et Pagano Griffi, olim foretaneorum iudicibus, tenantibus capita et latera sicut in ipso laudamento continetur, et agebant contra eandem dominam Ghislam ut ipsa sinat ipsas terras omnes et bona iamscripta detracta iamscripta quarta parte eos pro iamscripto hospitali et ipsum hospitale habere et tenere et possidere libere et quiete et fructus ipsarum terrarum et bonorum et ipsa bona recolligere et habere et de fructibus inde perceptis ab ea vel pro eorum esmatione de libris ducentis denariorum, actione in factum reddita loco interdicti ut possidetis et interdicto uti possidetis et sacramento consulum, et de rebus et libertatibus et officio iudicis et actione in rem et petitione hereditatis directis et utilibus et ex constituto de ultimis voluntatibus et publicaria et in rem negatoria, quia non est ei ius utendi, fruendi et actione in factum ex re iudicata.

Illa respondebat quod non credit se teneri de iamscriptis prefatis actionibus vel rationibus.

Unde nos suprascripti arbitri et laudatores ad suprascriptam penam sexcentarum librarum bonorum denariorum iamscriptę novę monetę laudamus ut prefa domina Ghisla restituat iamscriptis dono Guerriscio, rectori iamscripti hospitalis, et Gratiano, sindico eiusdem hospitalis, pro ipso hospitali,

omnes terras pro tribus partibus quę continentur in laudamento dato inter Gratianum sindicūm hospitalis, pro ipso hospitali, et Ughicionem de Fasciano, videlicet omnes terras quas ipsa habet vel alius pro ea vel habuit vel ad alium ex sua datione devenerunt, quę fuerunt de bonis vel ex bonis iamscripti Guidonis de Fasciano et sinat eos pro iamdicto hospitali et ipsum hospitale predictas omnes terras et omnes alias quę fuerunt iamscripti Guidonis, excepta quarta parte quę obvenit Ughicioni libere et quiete habere et tenere et possidere et fructus ipsarum et bona omnia quę fuerunt iamscriptis Guidonis, exceptis indumentis et guarnimentis et ornamenti lecti et massariciis et stiviliis omnibus iamscriptę dominę Ghislę, quę fuerunt prefati Guidonis, vel quę ipsa fecit ex bonis vel de bonis iamscripti Guidonis post mortem iamscripti Guidonis percipere et recolligere et habere et non inbridget nec inquietet in curia vel extra curiam vel in placito aut sine placito ipsos, pro iamdicto hospitali, et ipsum hospitale et homines ipsius hospitalis de predictis vel pro predictis terris vel de fructibus aut pro fructibus ipsarum vel de aliqua parte ipsarum, ratione dotis vel antefacti ipsius dominę Ghislę vel donamentorum eius vel ratione usufructus vel alimentorum et vestimentorum et habitationis vel expensarum nec ulla alia ratione.

Et ad eandem penam laudamus ut ipsa domina Ghisla faciat iamscriptis donno Guerriscio, rectori iamscripti hospitalis, et Gratiano, sindico eiusdem hospitalis, pro ipso hospitali, finem et refutationem et pactum de non petendo de omnibus iamscriptis ab ea petitis et de omnibus undecunque vel qualitercunque contra eos vel aliquem eorum, pro iamscripto hospitali, vel contra ipsum hospitale agere vel petere aut intendere seu causari poterat usque modo aliqua ratione vel lege et generaliter de omnibus bonis que fuerunt iamscripti Guidonis et de omnibus quecumque pro ipsis bonis vel eorum occasione vel de ipsis bonis ab eis pro hospitali vel ab ipso hospitali petere poterat aliquo modo vel iure et nominatim de dote sua et de antefacto et donamentis et de alimentis et de usufructu, quem dicebat se habere in predictis bonis, et de pascimento anni luctuosi et de debito quod dicebat se habere, ut iamscriptum est, et de iudicio sibi facto et de omni eo quod pro predictis vel eorum aut alicuius eorum occasione ab eis pro ipso hospitali vel ab ipso hospitali petere usque modo poterat.

Et faciat eisdem donno Guerriscio et Gratiano, pro predicto hospitali, dationem et concessionem atque donationem totius ius et omnium rationum quod et quas ipsa domina Ghisla habet et quę sibi competunt vel competere possunt in bonis vel ex bonis aut de bonis quę fuerunt iamscripti Guidonis olim viri sui vel eorum occasione, ratione dotis et antefacti et donamentorum eius et iudicii sive relictii facti sibi a viro suo et alimentorum et predictorum omnium vel quacunque alia ratione.

Et de omnibus predictis cartam inde eis pro iamdicto hospitali faciat in laude sui sapientis, in qua promittat et fideiussarem det quod erit eis pro iamscripto hospitali et ipsi hospitali actrix et defensatrix de suo facto et promictat et fideiussorem det quod si apparuerit aliquid datum vel factum aut scriptum ab ea vel ab alio pro ea factum quod predictis vel alicui eorum sit vel esse possit contrarium vel nocivum quod eos pro iamscripto hospitali et ipsum hospitale inde disbrigabit et indempnes atque indempne ipsum hospitale cum suis expensis conservabit.

Et ad eandem penam laudamus ut omnes cartas et instrumenta quas et quę habet contra iamscriptum hospitale vel contra predictos donnum Guerriscium et Gratianum pro iamscripto hospitali vel contra aliam quamcumque personam vel locum de bonis vel ex bonis quę fuerunt iamscripti Guidonis vel eorum occasione, eis pro iamdicto hospitali restituat, exceptis instrumentis quę habet contra Ughicionem vel eius filios pro parte quę ipsi Ughicioni obvenit.

Item ad eandem penam laudamus ut iamscripti donnus Guerriscius, rector hospitalis de Stagno, et Gratianus, sindicus eiusdem hospitalis, pro ipso hospitali, faciant finem et refutationem et pactum de non petendo iamscriptę dominę Ghislę de fructibus quos ipsa usque modo percepit de bonis quę fuerunt iamscripti Guidonis et de omni eo quod ratione ipsorum fructuum iamscriptorum ab ea petere poterant.

Ietm ad eandem penam laudamus ut iamscripti donnus Guerriscius et Gratianus, pro iamscripto hospitali, dent et solvant iamscriptę dominę Ghislę ab hodie ad diem dominicum proximum libras quinquaginta bonorum denariorum Pisanę nunc currentis¹ monetę et ab inde ad diem iovis sancti proxime venturi alias libras quinquaginta bonorum denariorum eiusdem monetę et ab inde usque

proximum mensem madii proxine venturum alias libras centum tres bonorum denariorum eiusdem monetę vel tot denarios Pisanę novę monetę, qui bene valeant totam iamscriptam pecuniam, computato unoquoque soldo novę monetę denarios quactuordecim veteris monetę.

Ab omnibus aliis supra petitis a domina Ghisla, exceptis his quę habere eam laudavimus, prefatos donnum Guerriscium, rectorem iamscripti hospitalis, et Gratianum, sindicum ipsius hospitalis, pro ipso hospitali, nostro laudamento ad suprascriptam penam absolvimus et liberamus; et ab omnibus aliis supra a donno Guerrisco et Gratiano, pro hospitali petitis, exceptis quę supra laudavimus et diximus, predictam dominam Ghislam nostro laudamento ad iamscriptam penam absolvimus et liberamus.

Datum et recitatum Pisis Foriportę in ecclesia sancti Petri in Vinculis, presentibus Ildebrando de Mercato et Lanberto Ormanni et Arlocto iurisperito et Ghello quondam Iohannis et Bonagiunta quondam Filipi et Bandino eius filio et etiam presentibus iamscriptis donno Guerrisco et Gratiano sindico et predicta domina Ghisla, dominicę vero incarnationis anno millesimo centesimo nonagesimo secundo, indictione decima, sextodecimo Kalendas aprelis.

(S) Ego Bandinus Martii, iudex et notarius domini imperatoris, hoc laudamentum a iamscriptis arbitris coram me datum, eorum parabola et mandato, scripsi.

¹ currentis *ripetuto*.

7 maggio 1192

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.160. Diplomatico generale n.892.
1193 maggio 7, indizione 10. Lunga.

Note:

Pergamena in buone condizioni, rigata e marginata. Sul verso di mano coeva: «*Gisla relicta Guidonis de Fagiano feci refutationem hospidale de omnia, postea feci donationem*»; «*A. 1193*»; «*N. 7*»; di mano del XIII secolo: «*De fine et refutatione a Gisla relicta Guidonis facta a Guerriscio rectori hospitalis de Stagno*»; di mano dcl XVIII secolo: «*S. Lorenzo alle Rivotte, maggio 7, 1193*».

Regesto:

Gisla, vedova di Guido da Fagiano, figlia del fu Porcello di Sigerio di Albertino, fa rinuncia e donazione a Guerriscio, rettore dello spedale di Stagno, a favore di detto spedale, dei diritti sulla dote, doni, vitto dell'anno luttuoso, sui vestimenti, alimenti e sull'usufrutto dei beni lasciateli dal marito. Tuttavia in questa concessione si riserva staia 12 di frumento e soldi 50 all'anno, che deve ricevere dagli eredi del fu Uggccione del fu Bulso, secondo quanto è stato stabilito nella causa vertente tra la detta Gisla vedova del fu Guido da Fagiano e il detto Uggccione del fu Bulso da Arlotto e Salemme e da Pietro da Visignano, pubblici giudici. Per tale concessione la detta Gisla riceve 203 lire di denari di vecchia moneta pisana corrente e promette di osservare i patti, pena 600 lire di denari di nuova moneta pisana.

Fatto in Pisa.

Rogò Bandino giudice e notaio.

Originale:

(S) In nomine dei eterni amen. Ex huius publici instrumenti serie omnibus clareat quia ego Gisla relicta Guidonis de Fasciano, filia quondam Porcelli Sigerii Albertini, per hanc cartam facio vobis donno Guerriscio, rectori hospitalis de Stagno, pro ipso hospitali recipienti, finem et refutationem et transactionem et pactum de non petendo de omnibus rationibus meis de dote videlicet et antefacto et donamentis et parafernali et iudicio sive relicto, michi a suprascripto viro meo facto, et de pascimento anni luctuosi et de alimentis et de cibariis et habitatione et vestimentis, michi a suprascripto marito meo relictis, et de usufructu bonorum suprascripti viri mei et filii eius et mei et de debito, quod recipere debebam, et de expensis a me factis in funere viri mei et filii mei et in eorum infirmitatibus et in nutritura eiusdem vel alicuius suprascriptorum occasione et de omnibus bonis, que fuerunt suprascripti viri mei vel eius filii et de omnibus quecumque, pro ipsis bonis vel eorum occasione vel de ipsis bonis, et generaliter de omnibus, quæ a vobis pro ipso hospitali vel ab ipso hospitali petere possum et de omnibus et de quibus, undecumque vel qualitercumque adversus vos, pro iamdicto hospitali, vel rectorem sive sindicu ipsius hospitalis vel adversus predictum hospitale agere vel intendere vel retinere, seu retentionem aliquam habere possum vel in antea, aliquo modo vel iure, possem.

Insuper facio vobis suprascripto donno Guerriscio, rectori suprascripti hospitalis, pro ipso hospitali recipienti, dationem et concessionem totius iuris et omnium rationum quod et quas habeo et quæ michi competunt vel competere possunt in bonis vel ex bonis aut de bonis, quæ fuerunt suprascripti Guidonis olim viri mei vel eorum occasione, ratione dotis et antefacti et donamentorum meorum et iudicii sive reliqui facti michi a viro meo et alimentorum et ususfructus et predictorum omnium, vel quacumque alia ratione vel iure, salvo quod non intelligatur in hac fine et refutatione et datione et concessione iuris et rationum, quominus ipsa Gisla petere possit ab heredibus quondam Ughicionis quondam Bulsi stria duodecim frumenti et solidos quinquaginta per annum, unde dederunt laudamentum Arlottus et Salemme et Petrus de Visignano, tunc publici iudices, inter prefatam Gislam et Ughicionem, et quominus sibi retinere possit indumenta et guarnimenta et ornamenta lecti et massaricias et stivilia omnia in laudamento comprehensa.

Et promitto, me meosque heredes obligando vobis suprascripto Guerriscio pro suprascripto hospitali et vestris successonibus per sollempnem stipulationem, quod ab hac ora in antea nec ego nec meus heres neque a nobis aliqua submissa vel submittenda persona inde inbrigabimus vel molestabimus seu per placitum fatigabimus vos, pro iamdicto hospitali, vel ipsum hospitale seu vestros successores sive cui vos vel ipsi dederitis vel dederint seu habere decreveritis vel decreverint et quod non veniam per me vel per submissam aut submittendam personam vel per meum heredem contra suprascriptam finem et refutationem et transactionem et dationem et concessionem et donationem iuris et rationum vel aliquem suprascriptorum.

Et si contra hęc aliquando fecerimus ingenio quolbet et omni tempore inde taciti et contenti non permanserimus aut si apparuerit a me aliquod datum vel factum aut scriptum huic fini et refutationi et transactioni et dationi et concessioni et donationi vel alicui suprascriptorum contrarium vel nocivum, penam librarum sexcentarum bonorum denariorum Pisanę novę monetę me et meos heredes, vobis pro iamdicto hospitali et vestris successoribus componere et dare sollempni stipulatione promitto, qua pena soluta vel commissa, predictis omnibus semper firmis perseverantibus.

Insper sub eadem pena, per sollempnem stipulationem promitto me meosque heredes vobis iamscripto dono Guerriscio, rectori iamscripti hospitalis, pro ipso hospitali, et vestris successoribus per sollempnem stipulationem quod erimus vobis et predicto hospitali et vestris successoribus, pro ipso hospitali, actores et defensores de iamscriptis omnibus ab omni homine et ab omni persona et loco de meo facto, et quod si apparuerit a me vel ab alia persona pro me aliquod datum vel factum aut scriptum, quod predictis vel alicui predictorum sit vel esse possit contrarium vel nocivum, vos et vestros successores, pro suprascripto hospitali, et ipsum hospitale disbrigabimus et per omnia indempnes conservabimus nostris expensis.

Preterea ego Bonagiunta quondam Filipi, fideiussorio nomine, promitto me et meos heredes obligando sub eadem predicta pena, per sollempnem stipulationem, vobis suprascripto dono Guerriscio rectori suprascripti hospitalis, pro ipso hospitali, et vestris successoribus, quod erimus vobis et predicto hospitali et vestris successoribus, pro ipso hospitali, actores et defensores de suprascriptis omnibus ab omni homine et ab omni persona et loco de facto suprascriptę Gislę et quod si apparuerit ab ea vel ab alia persona pro ea, aliquod datum vel factum aut scriptum, quod predictis vel alicui predictorum sit vel esse possit contrarium vel nocivum, vos et vestros successores, pro suprascripto hospitali, et ipsum hospitale disbrigabimus, et per omnia indempnes conservabimus nostris expensis.

Pro qua fine et refutatione et transactione et datione et concessione et donatione iuris et rationum a me suprascripta Gisla factis, confiteor me a vobis suprascripto dono Guerriscio et a Gratiano sindico, dantibus pro suprascripto hospitale, accepisse in veritate et non spe futurę numerationis libras ducentas tres bonorum denariorum Pisanę nunc currentis veteris monetę ex laudamento inter me et vos pro suprascripto hospitali, dato a Bulganino Vicecomite quondam Ugonis et Perlascio quondam Ildebrandi Sigerii Albertini, arbitris et laudatoribus a nobis electis, pro suprascriptis omnibus, quę in laudamento ipso continentur.

Et taliter hęc nos Gisla et Bonagiunta scribere rogavimus Bandinum Martii iudicem et notarium domini imperatoris.

Acta sunt hęc Pisis Porta Maris, in domo et turri de Arno suprascripti Perlascii et consortium, prope ecclesiam sancti Salvatoris, presentibus Arlotto iurisperito quondam Pilosi et Perlascio quondam Ildebrandi Sigerii Albertini et Roberto quondam Uberti Sigerii et Conrado de Masca, rogatis testibus, dominicę vero incarnationis anno millesimo centesimo nonagesimo tertio, indictione decima, Nonus madii,

(S) Ego Bandinus Martii, iudex et notarius domini imperatoris, prefatis interfui et hanc cartam scripsi, complevi et dedi.

15 novembre - 6 dicembre 1192

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.162. Diplomatico generale n.901.
1193 dicembre 6. CORTA.

Note:

Manca la sottoscrizione del notaio, l'indicazione dell'indizione e il nome dei testimoni. Sono presenti tracce di rigatura. Alcune parole sono sbiadite per l'umidità. Sul verso di mano coeva: «*Scripta est cum aliis et suprascripte multarum personarum*»; di mano del XIII-XIV secolo: «*Suprascripta mansa de Montemasimo*»; di mano del XIV secolo: «*Monte Masimo*»; «*A. 1193*»; «*N. 4 1193*»; di mano del XVIII secolo: «*S. Lorenzo alle Rivotte, 6 dicembre 1193*».

Regesto:

Villano del fu Gerardo vende a Bonione del fu Viviano, a Pietro del fu Valignano e a Soffreduccio del fu Enrichetto di Ubertello tutte le terre che gli appartengono in Montemassimo, in luogo detto Vinga Limoni non lontano dalla chiesa di santa Maria e che erano del manso della badia di Monteverde, per il prezzo di lire 11 di denari di moneta nuova pisana.

Fatto in Pisa.

Segue un atto del 15 novembre 1193, con cui Ubaldo del fu Marco e suo figlio Marco vendono a Soffreduccio del fu Enrichetto un pezzo di terra posto in Montemassimo nel luogo detto Gallinaria vicino alla chiesa di santa Maria al prezzo di 40 soldi di moneta nuova pisana.

Fatto in Pisa.

Originale:

(S) Ego Villanus quondam Gerardi, quia vendo vobis Bonioni quondam Viviani et Petro quondam Valignani atque Soffreduccio quondam Henrigetti Ubertelli omnes illas terras cultas et incultas, silvas et agrestas, quas habeo et michi pertinent in confinibus de Montemasimo ubi dicitur Vingalimoni, non multum longe ab ecclesia sancte Marie, que fuerunt de masia abathie Montis Virdis, que videlicet terre sunt X petie.

Prima quarum tenet unum caput in terra Hubaldescha, aliud caput in terra Iacobi quondam Bernardini, latus in terra Lanbardorum de Colongnuli, aliud in terra Stefani quondam Martini Gini et in terra Gerardi quondam Rainaldi germani nostri et in terra suprascripti Iacobi.

Secunda petia caput in terra Iacobi et in terra Rossolmini et Salonis germanorum quondam Henrigerti, aliud caput in infradicte tertia terre petia, latus in terra suprascriptorum Rossolmini et Salonis, aliud latus in terra suprascripti Iacobi.

Tertia petia tenet caput in terra suprascripti Gerardi, aliud caput in terra Mathei quondam suprascripti Bernardini et in terra suprascripti Stephani, latus in terra suprascripti Iacobi, aliud latus in suprascripta secunda terre petia et in terra suprascripti Stephani.

Quarta petia tenet unum caput in via publica, aliud caput in terra suprascripti Stepani, unum latus in terra suprascripti Iacobi et in terra suprascriptorum Lambardorum de Colognole, ubi volvitur in el, aliud in terra suprascripti Mathei.

Quinta petia caput in terra suprascripti Iacobi, aliud in terra Guidi filii Ghini Guidi de Bono et Hubaldi quondam Marci, latus in terra suprascripti Gerardi, aliud in terra suprascripti Iacobi.

Sexta petia tenet caput in terra suprascripti Gerardi et in terra suprascripti Stephani, aliud caput in terra ipsius Stephani, latus in terra suprascripti Gerardi, aliud in terra suprascriptorum Rosselmini et Salonis.

Septima petia tenet unum caput cum uno latere in terra suprascripti Stephani, aliud caput *****.

Octava petia tenet unum caput in suprascripta septima terre petia et in terra suprascripti Gerardi, aliud caput in terra suprascripti Mathei, latus in terra suprascripti Stephani, aliud latus in terra suprascripti Gerardi.

Nona petia caput in terra suprascripti Gerardi et in terra suprascripti Mathei, aliud caput in terra suprascripti Stephani, latus in terra suprascripti Mathei, aliud in terra suprascriptorum Guidi filii Ghini et Hubaldi quondam Marci.

Decima petia tenet unum caput in terra suprascripti Gerardi et in terra suprascripti Mathei, aliud caput in via plubica et in terra Hubaldessche, ambo latera in terra suprascriptorum Rosselmini et Salionis.

Et has quidem terrarum petias in integrum cum omni proprietate et pertinentia, iure, accessione eorum vobis suprascriptis Bongioni et Petro atque Sosfreduccio, ut dictum est, vendo. Et sic omnia iura et actiones omnes mihi suprascripto Villano competentia quolibet modo vel iure contra omnem personam et locum de suprascriptis pectiis terrarum sive pro ipsis vobis suprascriptis emptoribus do, cedo ac mando, ut vestro nomine exinde agere et experiri possitis.

Pro pretio librarum undecim bonorum denariorum Pisane nove nunc currentis monete. Quod michi solutum et pagatum esse confiteor.

Quam meam vendictionem si ego iamdictus Villanus vel mei heredes sive cui nos dedissemus aut dederimus¹ minuere, imbrigare seu molestare quesierimus quolibet ingenio vobis suprascriptis emptoribus vestrisque heredibus aut cui vos dederitis, et si me meosque heredes inde actores vel defensores dare volueritis eamque vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondeo me meosque heredes, stipulatione sollepniter interposita, vobis suprascriptis Bongioni et Petro atque Soffreduccio vestrisque heredibus componere suprascriptas terrarum petias venditas in duplum consimili in loco sub estimatione qualis tunc fuerit.

Et precipio ut vestro nomine et auctoritate intretis in possessionem suprascriptarum petiarum de terris et nomine eptionis possideatis, quas interim vestro nomine precario me possidere constituo.

Hec omnia taliter et cetera.

Et ego Tedora iugalis et cetera.

Actum et cetera, presentibus, MCLXXXIII, indictione et cetera, VIII Idus decembris.

Ego Hubaldus quondam Marci quia, consentiente huic vendissioni Marco filio, meo consensu, vendo tibi Soffreduccio quondam Henrigecti Ubertelli unam integrum petiam de terra positam in confinibus de Montemaximo ubi dicitur Gallinaria et non longe ab ecclesia sancte Marie, tenet unum caput in via publica, aliud caput in terra Guidi filii Ghini Guidonis de Boccio, unum latus in terra Bongonius quondam Viviani, aliud in terra mea suprascripti Hubaldi et in terra suprascripti Guidi; et est stariora quatuor; cum omni proprietate et pertinentia, iure, accione sua.

Omnia iura et actions michi Hubaldo competentia quolibet modo vel iure de suprascripta terre pesia contra omnem personam vel locum tibi Soffreduccio do cedo ac mando ut tuo nomine exinde agere et experiri possis.

Pro pretio solidorum quadraginta octo solidorum bonorum denariorum nove Pisane monete. Quod michi solutum et pacatum esse confiteor.

Quam meam vendissionem, si ego iamdictus Hubaldus vel mei heredes sive cui nos dedissemus aut dederimus minuere seu molestare inbrigare quesierimus quolibet ingenio tibi iamdicto Soffreduccio vel tuis heredibus aut cui vos dederitis vel habere decreveritis, et si me et meos heredes exinde actores et defensores dare volueritis eamque vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defendimus, spondendo me et meosque heredes stipulassonem sollemnem interpositam tibi suprascripto Soffreduccio tuisque heredibus componere suprascripta terre petia venditam in duplum consiminili in loco sub extimatione qualis tunc fuerit.

Et precipio ut tuo nomine intres possessionem suprascripte terre vendite nomine emptionis, pro tuo possideas interim tuo nomine possidere constituo.

Hec omnia taliter ego memoratus Hubaldus scribere rogavi Bandinum iudicem et notarium.

Actum Pisis et cetera, presentibus et cetera, MCLXXXIII, indissione et cetera, sestodecimo Kalendas decembris.

¹ aut dederimus *ripetuto*.

22 febbraio – 8 aprile 1193

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.159. Diplomatico generale n.886.
1193 febbraio 22, indizione 11. Corta.

Note:

Pergamena rigata e marginata, in buono stato di conservazione, con macchie di umidità. Inchiostro unico. Sul verso di mano coeva: «*Carta Grunii de terra quam emit a Lambertuccio da Putignano*»; «.....que posita est hospitali de Stagno»; «1193»; «137»; «A. 1193»; di mano del XIII secolo: «*Cartula Grunii a Lambertuccio*»; di mano del XVIII secolo: «*S. Lorenzo alle Rivolte, 22 febbraio 1193*».

Regesto:

Lambertuccio da Putignano, figlio del fu Sismondo, vende a Grunio del fu Martino un pezzo di terra posto nei confini di Fagiano vicino alla chiesa di santo Stefano, in luogo detto Marmicciolo, della misura di 2 staora e 4 panori, al prezzo di 23 lire, 6 soldi e 8 denari di moneta nuova pisana.
Fatto nel chiostro di san Paolo a Ripa d'Arno e a Putignano.

Rogò Matteo.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo nonagesimo tertio, indictione undecima, octavo Kalendarum martii.

Manifestus sum ego Lambertuccius de Putignano quodam Sesmundi quia per hanc cartulam vendo et trado tibi Grunio quondam Martini unam integrum petiam terre posite in confinibus Fasciani prope ecclesiam sancti Stefani, in loco dicto Mormicciolo, et tenet unum caput cum uno latere in terra hospitalis de Stagno, aliud caput in terra Carbonis quondam Bernardi de Vallospole, aliud latus in terra Angelelli et Oliverii germanorum filiorum quondam *****; et est stariora duo et panori quattuor.

Quam iamscriptam terre petiam tibi, iamdicho Grunio, vendo et trado cum omni iure et actione et proprietate et pertinentia sua. Insuper vero do et cedo atque concedo et mando tibi omnia iura et actiones, que michi inde aliquo modo vel iure competitunt.

Pro pretio librarum viginti trium et soldorum sex et denariorum octo bonorum denariorum Pisane monete nove. Quod a te, in veritate et non spe future numerationis, accepisse confiteor.

Et precipio tibi intrare inde in possessionem quondocumque vis et tuo nomine iure proprietario possidere. Et constituo me pro te precario possidere donec ipsam adeptus fueris.

Quam meam venditionem et traditionem si nos vel nostri heredes sive cui nos dedissemus aut dederimus retollere vel minuere sive molestare aut imbrigare quesierimus per aliquod ingenium iamdicho Grunio vel tuis heredibus aut cui vos dederitis vel habere decreveritis, et si nos exinde auctores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondeo ego iamdichtus Lambertuccius me meosque heredes, stipulatione a te iamscripto Grunio sollemniter interposita, componere tibi tuisque heredibus et quibus dederitis vel habere decreveritis iamscriptam meam venditionem et traditionem in duplum in consimili loco, sub estimatione qualis tunc fuerit.

Et in tali ordine hanc cartulam Matheum, domini Henrici Romanorum imperatoris iudicem et notarium, scribere rogavi.

Actum infra claustrum ecclesie sancti Pauli de Ripa Arni, subtus refectorium, presentibus Marignano quondam Caproni et Bernardo quondam Guidonis Scalhavacca et Ventura quondam Rau, qui ad hec interfuerunt rogati testes.

Postea vero, adveniente dominice incarnationis anno millesimo nonagesimo quarto, indictione undecima, sexto Idus aprilis, in predicta villa de Putignano ante domum predicti Lambertuccii, Cecilia uxor ipsius Lambertuccii, presente et ei consentiente ipso viro suo, sub legitima

interrogatione mea, Mathei ordinarii iudicis, a quo secundum legem interrogata et cognita est nullam pati violentiam set pura et integra sua bona voluntate secundum edicti paginam, iamscripte venditioni consensit et omni suo iuri dotis et antefacti et donamentorum et omni alii iuri inde quoquo modo vel iure competenti et specialiter iuri hypothecarum renuntiavit, presentibus Iohanne quondam Gerardelli et Silvestro quondam Brunetti, ad hec testibus rogatis.

(S) Ego Matheus, domini Henrici Romanorum imperatoris iudex ordinarius atque notarius, hanc cartulam et omnia iamscripta rogatus scripsi firmavi complevi et dedi.

17-21 maggio 1193

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.163. Diplomatico generale n.908.
1194 maggio 17, indizione 11. Corta.

Note:

Pergamena rigata e marginata. In buone condizioni. Inchiostro unico. Sul verso di mano coeva: «*Cartula Grunii de compera quod et cambium quas fecit ab hospitale de Stagno*»; «1194»; «N. 9 1194»; scritte illegibili di mano del XVI secolo; di mano del XVIII secolo: «*S. Lorenzo alle Rivolte, 17 maggio 1194*».

Regesto:

Guerriscio, rettore dello spedale di Stagno, con il consenso di 13 suoi frati, vende a Grunio del fu Martino due pezzi di terra della misura di 18 staiori, posti nella Carraia Gunduli vicino alla chiesa di san Giovanni al prezzo di 76 lire, 13 soldi e 4 denari in moneta pisana attualmente in corso.

Inoltre il predetto rettore concede a Grunio in permuto un pezzo di terra posto nello stesso luogo e in cambio riceve un pezzo di terra posta in Fagiano vicino alla chiesa di santo Stefano, in luogo detto Marmicciolo. Il rettore dello spedale promette a Grunio di non riprendersi la terra e di difendere la sua proprietà fino a che Grunio e sua moglie vivranno.

Fatto nella chiesa di san Leonardo di Stagno.

Rogò Matteo.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo nonagesimo quarto, indictione undecima, sextodecimo Kalendas iunii.

Manifestus sum ego Guerriscius, rector hospitalis de Stagno quia, pro melioratione et utilitate prefati hospitalis, presentia et consensu infrascriptorum fratrum meorum conversorum predicti hospitalis, pro predicto hospitali, vendo et trado tibi Grunio quondam Martini duas terrarum petias positas ad Carrarium Gundoli prope ecclesiam sancti Iohannis.

Prima quarum tenet ambo capita in viis publicis, latus unum in terra Gaitanorum, aliud latus in infrascripta petia.

Secunda petia tenet caput in iamscripsis viis publicis, latus unum in iamscripta petia, aliud latus in terra predicti hospitalis. Et sunt inter ambas petias stariora decem et octo.

Quas iamscriptas terrarum petias tibi, ut dictum est, vendo et trado cum omni iure et actione et proprietate et pertinentiis earum.

Insper vero do et cedo et concedo atque mando tibi omnia iura et actiones, que mihi inde, pro predicto hospitali, et ipsi hospitali quoquo modo vel iure competunt.

Pro pretio librarum septuaginta septem minus solidos sex et denarios octo bonorum denariorum Pisane monete nove modo currentis. Quod a te in veritate et non spe future numerationis accepisse confiteor.

Item do et cedo tibi iamscripto Grunio in permutationem et cambium unam aliam petiam terre posite in eodem loco, et tenet ambo capita in suprascriptis viis publicis, latus unum in terra tua dicti Grunei quam hodie tibi vendidi, aliud latus in terra *****; et est stariora novem. Quam iamscriptam terre petiam tibi do et concedo in permutationem et cambium cum omni iure et actione et proprietate et pertinentia sua.

Insper vero do et cedo atque mando tibi omnia iura et actiones, que michi inde, pro predicto hospitali, et ipsi hospitali competunt.

Pro qua datione et concessione confiteor ego iamdictus Guerriscius accepisse et habere a te iamdicto Grunio similiter in permutationem et cambium, pro predicto hospitali, unam aliam petiam terre, posite in confinibus Fasciani prope ecclesiam sancti Stefani, in loco dicto Marmicciolo, et tenet caput cum uno latere iamscripti hospitalis, aliud caput in terra Carbonis quondam Bernardi de

Vallospole, aliud latus in terra Angelelli et Oliverii germanorum filiorum quondam *****; et est stariora duo et panori quattuor.

Et precipio tibi intrare in possessionem iamscripte rei vendite et tradite et in permutationem et cambium date et concesse et tuo nomine iure proprietario possidere. Et interim constituo me pro predicto hospitali, pro te possidere.

Quam meam venditionem et traditionem et in permutationem et cambium dationem et concessionem, si ego vel meus successor sive cui nos pro predicto hospitali dedissemus aut dederimus retollere vel minuere sive molestare aut imbrigare quesierimus per aliquod ingenium tibi prefato Grunio vel uxori tue Marie, donec vixeritis, vel si in aliquo remutare vel diminuere quesierimus per aliquod ingenium et omni tempore taciti et contenti inde non permanserimus donec vixeritis tu et iamdicta uxor tua, et si nos exinde auctores et defensores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondeo ego iamdictus Guerriscius me meosque successores, pro predicto hospitali, stipulatione a te solemniter interposita, componere tibi et iamscripte uxori tue iamscriptam meam venditionem et traditionem et in permutationem et cambium dationem et cessionem in duplum in consimilibus locis sub estimatione qualis tunc fuerit.

Et in tali ordine hec omnia iamscripta Matheum iudicem et notarium scribere rogavi.

Iamscripte venditioni et in permutationem et cambium dationi et cessioni interfuerunt Petrus Lombardus, Pandulfus Blanci, Quintone, Bandinus, Bernardinus, Bandolus, Bernardus faber, Bernardettus, Brinciolus, Marchesellus, Georgius, Francolus, Ugolinus, fratres et conversi predicti hospitalis et consenserunt.

Sunt hec acta infra chorum ecclesie sancti Leonardi de Stagno, presentibus Mainetto quondam Davini et Bonacurso quondam Ugolini et Gerardo filio Dominici, qui ad hec interfuerunt rogati testes.

Postea vero adveniente duodecimo Kalendarum iunii proximiori sequente, Opitho camerarius predicti hospitalis, mandato et parabola iamscripti Guerrisci, rectoris eiusdem hospitalis, prout ipse Opitho dicebat, misit Stefanum filium Martini fabri, recipienti pro predicto Grunio, in possessionem iamscripte rei vendite et in permuationem et cambium date et concesse, presentibus Henrico Gelsi et Gualfredo Cornacollo, ad hec testibus rogatis.

(S) Ego Matheus, domini Henrici Romanorum imperatoris iudex ordinarius atque notarius, predictis omnibus interfui et ad veritatis memoriam, rogatus, scripsi et complevi et dedi.

23 settembre 1193

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.164. Diplomatico generale n.913.
1194 settembre 23, indizione11. Corta.

Note:

Pergamena in buone condizioni. Alcune rosure e strappi su entrambi i margini interessano il testo scritto. Sul verso di mano coeva: «*Carta terre cum domo posite in castello de Bibona*»; «*1194*»; «*N. 7 – 1194*»; di mano del XVI secolo: «*N. 4 a Bibona*»; «*165*»; «*A. 1194*»; di mano del XVIII secolo: «*S. Lorenzo alle Rivolte, 23 settembre 1194*».

Regesto:

Masseo del fu Giovanni di Pitociolo vende a Roberto, rettore dello spedale di san Leonardo di Linalia, che compra per detto spedale, un pezzo di terra con casa murata posto nel castello di Bibona al prezzo di lire 30 di denari nuovi.

Fatto a Bibbona.

Rogò Bonaccorso.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni amen. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo nonagesimo quarto, indictione XI, VIII Kalendas octubris.

Manifestus sum ego Masseus quondam Iohannis Pitocioli quia per hanc cartulam vendo et trado tibi Ruberto, fratri et rectori hospitialis sancti Leonardi de Linalia, ementi et recipienti pro ipso hospitiali de Linalia, medietatem pro indiviso unius petii terre cum domo super se murata et omni eius pertinentia, ex parte orientis, posita in castello de Bibone, et tenet ipsa medi[e]tas caput in via publica, aliud in terra Rainaldi quondam Bandini et consortum, [lat]us in terra Gerardi de Vignale, aliud in alia medietate quam mihi reservo.

In qua mea vendictione et tradictione comprehendo et addicio inferiora et superiora, fines et ingressus atque accessiones suas et omnia iura et proprietates et actiones atque pertinentias suas. Et cedo et mando tibi, recipienti pro ipso hospitiali, omnia iura et actiones directas et utiles in rem vel in personam seu mixtas, que mihi inde competunt, ut his pro ipso hospitiali tu et tui successores directo et utiliter agere possitis adversus omnem personam et locum.

Pro qua mea vendictione et tradictione confiteor me recepisse nomine pretii libras XXX denariorum novorum in veritate.

Quam meam vendictionem et tradictionem, si ego iamscriptus Masseus vel meus heres sive cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere vel minuere quesierimus quolibet ingenio tibi iamscripto Ruberto vel tuo successori aut iamscripto hospitiali et cui dederitis vel habere decreveritis, et si nos exinde actores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondeo ego iamscriptus Masseus una cum meis heredibus compo[nere] tibi iamscripto Ruberto, pro iamscripto hospitiali, et tuis successoribus et cui dederitis vel habere decreveritis iamscriptam meam vendictionem et tradictionem in duplum, sub extimatione qualis tunc fuerit.

Et precipio tibi intrare in possessionem iamscripte medietatis petii terre cum domo murata super se et omni eius pertinentia. Et interim constituo me precario pro te possidere donec eam fueris adeptus. Et taliter Bonacursum de Ponte, domini Herrigi Romanorum imperatoris et semper augusti iudicem ordinarium et notarium, scribere rogavi.

Actum in castro de Biboni in iamscripta via, presentibus Herrigo quondam Boacciani,incione quondam Rustichelli et Compagnio quondam Malevolte, tunc consulibus de Bibone et ad hec rogatis testibus.

(S) Ego Bonacursus, imperialis aule [iudex] ordinari[us] et notarius, hanc cartulam a me rogatam scripsi complevi et dedi.

4 novembre 1194 A

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.167. Diplomatico generale n.930
1195 novembre 4 A, indizione 13. Corta.

Regesto:

Bandino detto Giumenta figlio del fu Gerardo Pisano vende a Buiatto calderaio figlio di Bruno un pezzo di terra con vigna posto nei confini di Nugola in luogo detto Petholo della misura di 2 staiori e 4 panori per il prezzo di 8 lire e 5 denari di moneta nuova pisana.

Fatto a Pisa.

Rogò Guiscardo giudice e notaio.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo nonagesimo quinto, indictione tertiadecima, pridie Nonus novembris.

Manifestus sum ego Bandinus dictus Iumenta quondam Gerardi Pisani quia per hanc cartam vendo et trado tibi Buiatto caldulario filio Bruni unam petiam de terra cum vinea super se et ficubus et partim vacua, posita infra confines Nobile in loco dicto Petholo, et tenet caput in terra Bonaccursi quondam Galgani, aliud in terra archiepiscopatus sancte Marie, latus in terra Gerardini quondam Villani, aliud latus in terra mea prefati Bandini; et est steriora duo et panora quattuor.

Predictam itaque terre petiam cum vinea, qualiter ab omni eius parte circumdata et mensurata est per designata loca, in integrum cum inferioribus et superioribus suis seu cum finibus et accessionibus ingressibusque suis et cum omni iure et proprietate et actione sua, tibi suprascripto Buiatto ut dictum est vendo et trado. Et cedo et mando tibi suprascripto Buiatto omnia iura et actiones inde mihi competentia.

Pro pretio librarum octo et denariorum quinque denariorum Pisanę nove monete. Quod me in veritate et non spe future numerationis me accepisse et habere confiteor.

Quam meam venditionem et traditionem, si ego prenominatus Bandinus vel meus heres sive a nobis submissa persona vel cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere vel subtrahere aut minuere vel impedire sive imbrigare seu molestare quesierimus quolibet ingenio tibi suprascripto Buiatto vel tuis heredibus aut cui vos eam dederitis vel habere decreveritis, et si eam vobis ab omni homine et ab omni persona et loco cum expensis meis et meorum heredum iudicum et advocatorum et omnibus aliis defendere et disbrigare non potuerimus et non defensaverimus et non disbrigaverimus, spondeo ego prenominatus Bandinus una cum meis heredibus, stipulatione sollempniter interposita, componere vobis nomine pene suprascriptam meam venditionem et traditionem in duplum, sub estimatione qualis tunc fuerit.

Et precipio tibi in possessionem intrare et tuo nomine possidere. Et constituo me pro te et tuo nomine possidere donec eius possessionem corporaliter fueris adeptus.

Et taliter scribere rogavi Bandinum Martii iudicem et notarium domini imperatoris.

Actum Pisis Foriporta in turri Bulgarini Vicecomitis et nepotum quondam Rubertini prope ecclesiam sancti Petri ad Vincula, presentibus Rosselmino quondam Uguiccionis et Cenamo filio Garofali et Ildebrando iudice et notario quondam Pepi, testibus ad hec rogatis.

(S) Ego Gerardus filius Bernardini de Silvalonga, domini Henrici Romanorum imperatoris iudex ordinarius et notarius, hanc cartam a suprascripto Bandino Martii iudice et notario domini imperatoris rogatam, eius sceda a me visa et lecta, ipsius quoque parabola et mandato, scripsi atque firmavi.

30 novembre 1194

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.168. Diplomatico generale n.931.
1195 novembre 30, indizione13. Corta.

Regesto:

Palmerio e Rusticuccio figli del fu Glandolfo, tanto in nome proprio che di Pandolfino loro fratello, vendono a Bernardino figlio del fu Uguccione e a Ildebranduccio del fu Benencasa la dodicesima parte di 3 pezzi di terra posti in Nugola in luogo detto Collebethi e nella Valle Stilliana e vendono l'altra parte di detta terra a Collemaggiore del fu Vitale per 3 lire e 4 soldi di denari pisani nuovi.

Fatto a Nugola.

Rogò Viviano giudice e notaio imperiale.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatine eius millesimo centesimo nonagesimo quinto, indictione tertiadecima, pridie Kalendas decembris.

Manifesti sumus nos Palmerius et Rusticuccius germani quondam Glandulfi quia per hanc cartulam vendimus et tradimus vobis Bernardino quondam Uguccionis atque Ildebranduccio quondam Benencase, tam pro nobis quam pro fratre nostro Pandulfino absente, duodecimam partem trium petiarum terrarum positarum in Nubila in loco ubi dicitur Collebethi et in Valle Stilliana, et tibi Collemaggiore filio quondam Vitalis aliam duodecimam partem similiter de suprascriptis tribus petiis terrarum positis in prefatis locis.

Prima quarum tenet unum caput in terra filiorum quondam Gualandi, aliud caput tenet in terra Leunardi quondam ***** et filiorum quondam Gusmarotti, latus tenet in terra filiarum Lanfranchini et aliut latus tenet in terra Greci et consortium.

Aliud petium tenet unum caput in terra Gualandi et filiorum Guatharonis et filiarum Lanfranchini et Bonacorsi quondam Albertini, aliud caput tenet in terra quam Bonastrenna emit a suprascripto Bonacurso et partim in via publica, latus unum tenet in terra filiorum quondam Gusmarotti, aliud vero latus tenet in terra filiorum Guatharonis.

Tertium petium tenet unum caput in via publica, aliud caput in alia via, latus unum tenet in terra filiarum iamscripti Lanfranchini et aliud quidem latus tenet in terra *****; et est per mensuram *****.

Ut dictum est unam duodecimam partem et aliam de iamscriptis tribus petiis terrarum, qualiter designata sunt, in integrum cum inferioribus et superioribus suis seu cum finibus et ingressibus sive etiam cum omni iure et proprietate et actione ac pertinentiis earum, vobis iamscriptis emptoribus ut dictum est vendimus et tradimus.

Insuper autem damus et cedimus et concedimus atque mandamus vobis, tam pro nobis quam pro fratre nostro Pandulfino absente, omnia iura omnesque actiones que vel quas nobis inde competit vel competere possunt contra quacumque personam vel locum et precipimus vobis pro nobis et fratre nostro Pandulfino absente quandocumque vultis intrare in possessionem ac de cetero pro vobis proprietario et emptionis nomine possidere. Et constituimus nos pro vobis eas possidere donec ipsam possessionem fueritis adepti.

Pro qua nostra vendictione et traditione confitemur nos accepisse a vobis libras tres et soldos quattuor denariorum novorum Pisane monete in veritate et non spe future numerationis.

Quam nostram vendictionem et traditionem, si ego Palmerius et Rusticuccius germani iamscripti, pro nobis et pro iamscripto fratre nostro absente, vel nostri heredes sive cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere vel minuere sive molestare vel impedire aut inbrigare vel subtraere quesierimus per aliquod ingenium vobis qui super Bernardino et Ildebranduccio et tibi qui super Collemaiore vestrisque heredibus et quibus dederitis vel habere decreveritis, et si nos exinde autores vel defensores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos qui super germani, pro nobis et pro iamscripto fratre nostro absente nostrosque erede, stipulatione a vobis sollemniter interposta, componere vobis vestrisque heredibus

et quibus dederitis vel habere decreveritis iamscriptam nostram vendictionem et tradictionem in duplum, sub extimationem qualis tunc fuerit.

Et in tali ordine hec Vivianum iudicem et notarium scribere rogavimus.

Actum in Nubila in domo iamscriptorum venditorum, presentibus Sigerio quondam Guiscardi atque Gerardo Ditisalvi, qui ad hec rogati testes interfuerunt.

Insper iamscripti germani Palmerius et Rusticuccius, coram iamscriptis testibus et in eodem loco, obligaverunt se ad penam soldorum centum et promiserunt quod facient ita quod iamscriptum fratrem eorum Pandulfinum habebit firmam et ratam iamscriptam vendictionem et pretii receptionem et ingressio possessionis et facient ei firmare cartulam posquam a suprascriptis emporibus inquisiti fuerint, si iamscriptus frater eorum reversus fuerit, infra octo dies.

Preterea Maria, mater iamscriptorum germanorum, incontinenti coram iamscriptis testibus, consentientibus sibi ipsis filiis et mundualdis suis, sub notitia Viviani ordinarii iudicis a quo secundum lege interrogata et cognita est se nullam pati violentiam set pura et integra suaque libera voluntate secundum edicti paginam, iamscripte vendictioni consensit et omnibus suis iuri et dotis, antefacti et donamentorum et hypothecarum tacite et expresse sibi inde aliquo modo vel iure competenti renuntiavit.

Eodem anno et eadem inductione, pridie Nonas iulii, ante curiam archiepisciopi, in presentia presbiteri Ildebrandi prefatus Pandulfus firmam et ratam habuit iamscriptam vendictionem firmam et ratam et pretii receptionis et ingressio possessionis¹.

(S) Ego Vivianus, imperialis aule iudex ordinarius atque notarius, hanc cartulam rogatus scripsi et firmavi, postraditam complevi et dedi.

¹ da Eodem anno fino a possessionis parole scritte in caratteri più piccoli dalla stessa mano, inserite in un secondo tempo nello spazio rimasto libero prima della sottoscrizione notarile.